

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciaram actio b  
cum fonte primo

Non est ista superbia elati sed confessio  
non ingrati,

et habere te cognosce et nichil ex te  
habere ut nec superbus sis nec ingratus.  
Dic Deo tuo: sanctus sum quia  
sanctificasti me, quia accepi  
non que habui, quia tu dedisti non  
quia eo merui.

Augustinus super illud Psalmi: Custodi  
animam meam quoniam sanctus sum.

Non est ista superbia elati, sed confessio  
non ingrati.

Si enim dixeris te ex te esse sanctum,  
superbus es; rursus, fidelis in Christo, et  
membrum Christi, si te dixeris non esse  
sanctum, ingratus es. Arguens enim  
superbiam apostolus, non ait: Non habes;  
sed ait: *Quid enim habes quod non  
accepisti?* Non arguebaris, quia dicebas  
te habere quod non habes; sed quia ex te  
tibi uolebas esse quod habes. Immo  
et habere te agnosce, et ex te nihil  
habere, ut nec superbus sis, nec ingratus.  
Dic Deo tuo: Sanctus sum, quia  
sanctificasti me; quia accepi,  
non quia habui; quia tu dedisti, non  
quia ego merui.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes  
in Psalmos*, 85, 4 (CCSL 39, E. Dekkers  
& J. Fraipont eds., p.1179, ll.25-35).